Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

CC·xxxij·

320

96/2

Incipit Antidotarius Nicolai · et Rasis · et Johannis ayeline, et aliqua secreta ex Arnoldo de villa noua et multa alia medicinalia experti

Domino Nicolaus rogatus a quibusdam in medicina studere volentibus · ut eos recto ordine modum dispensandi conficiendi quoque docere, et certam eis traderet doctrinam, qualiter als de singulis vsualium medicinarum vna tum aut duas uel plures scirent conficere libras et quantum d' vnguentorum, specierum seminum item omnes medicinas preditas accipient, eis in scriptis redigere nec non quibus egritudinibus prepe medicine applicate fuissent illorum pribus deuitatis, talem eis trado doctrinam et primum de speciebus ¶ Tria igitur requiruntur in dispensatione ipsa ¶ Primum est ut omnia equaliter ponderentur tam in speciebus quam in gummis herbis secundum pondus preium vnicuiusque ¶ Secundum est ut hi non sint minima tempis vetustate consumpta uel corrupta ¶ Tertium est ut herbe radices et semina congruis tempibus suis sint collecta et in congruis locis reposita · Ita ut a fumo preserue et a minio huiusmodi loco corrumpi non possint ¶ In conficiendo scriptura requiritur videlicet mellis puritas et quantum sufficiat et equalis uel magalis puluerisatio et syrupi uel succus usque ad aque consumptionem decoctio ¶ In puritate vero mellis duo considerantur scilicet ut sit minimis aquosum aut minimis corporum et quod sufficiat ¶ Nihil ad est dicere nisi ut speciem puluerizet tantum colligere valeat et conseruare ¶ Tribus namque causis mel in medicinis ponitur ¶ Prima quidem ad conseruandum, nam preter liquoris generibus magis est conseruatiuum ¶ Secunda quia mundificatiuum est valde ¶ Tertia quia sua dulcedine speciem amaritudinem temperat ¶ Puluerisatio autem ribellatio duobus modis debet accipi · Nam cum in electuario ponitur debet subtilissime ribellari sin aliis quidem medicinis grossius, et maxime in laxatiuis, que debent esse grossiores ¶ Prescripte vero doctrine magna et multiformis consistit vtilitas · Nam cum aliquam indigemus medicinam, ea tota uel partem nos facere optet, aut ab aliquo alio ea tabulam aut forte corruptam emere cogimur. Tam aut tota facere aut omnino inutile aut impossibile est Ergo necesse est ex eadem parte facere, aut nullo ea carere aut aliquo istorum inconueniens dicere nos optet inuenire. Sed propter hoc diam non solum hec vitabunt incommoda, verum etiam multum conuenientem vtilia consequentur, hac namque doctrina bona fiet medicina et indeficiente operabitur corpori adhibita nec nocuo et leuior fiet expensa ¶ Scire autem quantum de vno quoque genere gummarum herbarum seminum et specie inter omnes accipiatur medicinas, non est inutile, per hoc enim facilis